

et spíritu devotís-sime póscimus.

Temp. Resurre-ctionis.



Al-le- lú-ia.

℣. Ora pro nobis sancta Dei Génitrix ☩
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi ☩

Orémus.

PROTEGE Dómine fámulos tuos subsídiis pacis ☩ et beátæ Maríæ semper vírginis patrocíniis confidéntes, a cunctis hóstibus redde secúros. Per Dóminum.

Finitis Orationibus, additoque ab Hebdomadario Dóminus vobíscum., ut supra, cantetur Benedicámus Dómino. (pag. 35.), et responso Deo grátias., terminentur Vesperæ, sicut pag. 36. notatum est.

FERIA SECUNDA.

Ant. j. toni.



INCLINAVIT. Ps. 114. Di-léxi, quóni-am exáu -



di-et Dóminus * vocem o-ra-ti- ónis me-æ.

Quia inclinávit aurem suam mihi : * et in diébus meis invocábo.

Circumdedérunt me dolóres mortis : * et perícula inférni invenérunt me.

Tribulatiónem et dolórem invéni : * et nomen Dómini invocávi.

O Dómine líbera ánimam meam : * miséricors Dóminus, et justus, et Deus noster miserétur.

Custódiens párvulos Dóminus : * humiliátus sum, et liberávit me.

Convértere ánima mea in